Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut cum turbata fuerit aqua. mittat me
in piscinam. Dum venio enim ego. alius ante
me descendit. Dicit ei ihc. Surge. tolle gra
batum tuum & ambula. Et statim sanus
factus est homo. & sustulit grabatum suum
& ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.
Dicebant ergo iudei illi qui sanus factus fue
rat. Sabbatum est. non licet tibi tollere
grabatum tuum. Respondit eis. Qui me
fecit sanum. ille mihi dixit. Tolle grabatum
tuum et ambula. Interrogaverunt ergo eum. Quis
est ille homo qui dixit tolle grabatum
tuum & ambula. Is autem qui sanus fuerat ef
fectus. nesciebat quis esset. Ihc autem declinavit
se a turba constituta in loco. Postea invenit
eum ihc in templo. & dixit illi. Ecce sanus
factus es. iam noli peccare: ne deterius tibi ali
quid contingat. Abiit ille homo & nunti
avit iudeis. quia ihc esset qui fecit eum sanum.
In diebus illis. Sabbo. xii. l. l. l. deuteronomii.
Locutus moyses ad dnm dicens. Respice